



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica,
Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi
Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina
Septentrionis Regna**

Adamus <Bremensis>

Helmetadi[i], 1670

XIII. Diploma Imp. Ottonis I. De Loco Bremen, Et Potestate Archiepiscopi
Hambvrgensis In Evndem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11096

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE LOCO
BREMEN, ET POTESTATE ARCHI-
EPISCOPI HAMBURGENSIS
IN EVNDEM.

Ap. Lin-
brog. pag.
150. ap.
Meibom.
p. 127.

f. Mei-
bom.
Bremum

Ap. Mei-
bom. ma-
nu nostra
signato &
annuli no-
stri im-
pressione
roborato.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO Dei
clementia Imperator Augustus. Si religiosorum obtempe-
raremus votis nostræ liberalitatis loca divino cultui mancipa-
ta largitate donaremus, ad æternæ recompensationis premi-
um indubitanter id nobis credimus profuturum. Quare om-
nibus constet, nos pro Dei amore venerabilis Adaldagi
Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitatibus annu-
entes construendi mercatum in loco f. Bremen nuncupato illi
concessisse licentiam, bannum & theloneum, nec non mone-
tam, totumque quod inde regius Regi publice fiscus obtinere
poterit, prælibatæ conferimus sedi: quin etiam negotiatores
ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinio condonavimus,
præcipientes hoc Imperatoriæ autoritatis præcepto, quo in
omnibus tali patrocinemur tutela, & potiantur jure, quali
cæterarum regalium institores urbium. Nemoq; inibi ali-
quam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Ar-
chiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegaverit. [Et ut hæc no-
stra concessio firma & in convulsa permaneat, manu nostra
signata, & annuli nostri impressione roborata est.] Acta IV.
Idus Augusti. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI.
Indictione VIII. Anno Domini, Ottonis Magni Imperatoris
regni

regni XXXI, Imperij verò IV, Actum Mersburg in Dei nomine feliciter.

DIPLOMA IMP. OTTONIS II. DE LIBERTATE
BONORVM ECCLESIAE HAMBVR-
GENSIS.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum noverit industria, qualiter Ad Idagus, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostram regiam deprecatus est dignitatem per fidelem suum missum, nomine VVigbertum, quatenus præcepta à nostris antecessoribus suæ sanctæ Ecclesiæ antea collata, nostra tuitione confirmarentur. Cujus petitionem quia justam esse cognovimus, piæ genitoris nostri, Ottonis scilicet Imperatoris, consilium, quid inde nobis faciendum esset investigavimus; ipse verò non solum consilium dabat, verum etiam ut ita ageremus precipiebat, maximè qui quosdam si hæc in quoquam frangere possent, tentantes audivit. Quapropter concedimus prædicto monasterio, cum omnibus aliis monasteriis, sibi subditis, videlicet Bremen, Bukkun, Biresinum & Haramusla, cum cunctis illorum adjacentiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis, aliisque, que uti possunt, omnes concessiones, quas priores Imperatores concesserant, ut semper sub tuitione perpetualiter sint, vel deinceps aliquo modo acquirere possint, ut eis eorumque Episcopo lib. rè serviant omni judiciaria potestate remota.

Con-